Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Lucā.

81

te illu. & date anulū in manu ei & calcia mīta impe-
des. Et adducite uitulū saginatū & occidite. & man
ducem & epulemur. Quia hic filius mus mortuus erat & reuixit.
perierat & inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius
senior in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui audi
uit symphoniam & chorum. & uocauit unum de seruis. &
interrogauit quid hec essent. Ipse autem dixit illi. Frater tuus ueni. & occidit pater
tuus uitulum saginatum. quia sanum illum recepit. Indignatus est
autem. & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare
illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis
seruio tibi. & nunquam mandatum tuum preterui. & nunquam dedisti
mihi hedum ut cum amicis meis epularer. sed postquam filius tuus hic
qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit. occidisti illi
uitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es
& omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat quia
frater tuus hic mortuus fuerat & reuixit. perierat & inuentus
est. Dicebat autem & ad discipulos suos. Homo quidam erat diues
qui habebat uillicum. & hic diffamatus est apud illum quasi dissipas
set bona ipsius. Et uocauit illum. & ait illi. Quid hoc audio de
te. Redde rationem uillicationis tue. iam enim non potes uil
licare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam quia dominus meus au
fert a me uillicationem. Fodere non ualeo mendicare eru
besco. Scio quid faciam. ut cum amotus fuero a uillicatione
recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis
debitoribus domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo.
At ille dixit. Centum cados olei. Dixit quoque illi. Accipe cautio
nem tuam. & sedens cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit
Tu autem quantum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Ac
cipe litteras tuas. & scribe octoginta. Et laudauit dominus
uillicum iniquitatis quia prudenter fecisset. quia filii huius
seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego
uobis dico. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis.
ut cum defecerit recipiant uos in eterna tabernacula. Qui
delis est in minimo modico. & in maiore fidelis est. Et qui in mo

Iu.1.t.d.
d.1.d.s.p.h.

Iu.1.t.
d.d.1.d.8.